

72331

1707

D. 271. 3 (46.36)

CONCLU-
SIONES
THEOLOGICÆ,
ex 1. Parte D. Thom.
depromptæ.

PRO COMITIJS PROVINCIA-
libus Minimorum vtriusque Castel-
læ celebrandis in Conventu Segovien-
si S. Mariæ de Victoria.

DICATÆ

NOBILISSIMÆ CIVITATI
SEGOVIENSI.

PROPVGNANDÆ IN PRÆFATO
Conventu, die 27. Septembris,
Ann. Dñi. 1707.

CONGREGATIONIS

STONIS

THEOLOGICAE

ex I. Parte D. Thom.

de prompte.

PRO-COMITIS PROVINCIA-

libus Minorum viri quae Castel-

la celebrandis in Conventu Rego-

vienti S. Mariae de Victoria.

DICTAE

NOBILISSIMAE CIVITATIS

SEGOVIENSIS

67192

Sig.: 72331

Tit.: Conclusiones theologicae ex I Pa

Aut.:

Cód.: 51079634



MAXIMO

INTER OMNES

PRÆCLARISIMO PRINCIPI;

Tum Antiquitatis; tum Nobilitatis fulgentissimo Orienti. Nostræ gratitudinis semper, & pro semper venerabilissimo Domino. Vnico dicam verbo;

GLORIOSISSIMÆ CIVITATI

SEGOVIENSI.

ILLustrissime Princeps, dum ad aras tuæ Magnificentiae accedo latus, ut tibi placeam, dubio perstrictus, non timore careo; nam ut differtè proferebat Horatius: Principibus placere viris non vltima laus est: Supremo

culmini *Authoritatis* tanta, quod primò aspi-
citur *voluntatis munus*, solet agnosci indefe-
ctibile donum. Quapropter, *Casiodorus* refert:
Lucrantur sua dona Principes. Sed tanto nu-
mine ductus; ne quod est nostra *servitutis de-
bitum*, non sit etiam liberale sacrificium, sub
tuo tutamine ita ex animo hoc opus evolat,
ut tua Nobili protegas umbra; quod nihil
latius, nil gratius posset evenire nostra utrius-
que *Provinciae Castellæ*, maiori causa cum
iubilo declamantis: O felix, quæ tantum me-
ruit habere Patronum; Iam enim quod *iusti-
tia* debet, grata voluntas offert: Debitum si-
quidem, quod non potest evitari, prona de-
bet mente semper offerri, ut fiat beneficium,
quod sine compulsionem constat illatum.
Nam huius tam debiti obsequij scopus, aut
vestra decantare encomia, aut cunctas scri-
bere laudes; Nam licet, ut dixit *Ennodius*:
Nunquam enim pauper vena timetur inge-
nij, ubi dives est causa loquendi: dum in
tan-

*tanti argumenti maiestatem oculos fiximus,
mens languet, lingua heret, Omneque fit mu-
sæ carmen inermis nostri. Fulgida semper ma-
nes, illustriori debita palma, quod sis ma-
ior omni gloria. Aptius quidem tibi Alexan-
dri debetur elogium: Magnum Regem, sola
gloria Minorem, Casiodorique elegans maio-
rem laudem precingens expressio: Et quamvis
rara sit gloria, non agnoscitur in tam longo
stemma variata, sæculis suis produxit no-
bilis vena primarios, nescit inde aliquid
nasci mediocre, tot probati, quod geniti. Sed
quid immoror; iam pro coronide Proceres an-
tos festivo Maronis carmine Saluto.*

Vobis lætus ego deductum dicere carmen
Agredior, veterum volvens monumenta vi-
rorum.

Salve vera Iovis proles, decus addite Divis.
Clara Deum soboles, formæque insigne pa-
ternæ,

Vestrum huc augurium, vestroque in pumi-
ne robur.

*Siquidem inter procellas belligeræ in fidelita-
tis, ita evasistis felices; ut Regem ad por-
tum felicitatis conduceretis. Nec maius de-
bitum; nec maior honor. Accipe ergo benig-
nus parvum munus, quod noster condonat ma-
ximus affectus; sistat iam calamus, plaudat
silentium, dum hic incessanter sacra numina
poscimus, te diu prospere vivere, diutiusque
fauste valere. Sic precatur enixè.*

MINIMORVM CASTELLANA
PROVINCIA.



Q. P. D.

An lumen gloriæ sit tota virtus
proxima agendi in visionem
beatam;

PRI-

PRIMUM ASSERTUM. 12



*U*EM nullus hominum
videt, sed nec videre
potest. Sic 1. ad Tim.
6.D. proclamat Pau-
lus, vt tāquam dog-
ma teneamus Catho-
licum, Deum oculis
corporeis invisibilē
naturaliter esse. Nec

mirum, quando tām ipsa visiva, quā quælibet
alia sensitiva potentia, ita incapax permanet ele-
vationis ad Dei essentiam videndam, vt opposi-
tum nec divinitus accidere valeat. Solius viri-
bus naturæ ad Deum videndum potentia intel-
lectiva pertingere non potest. Substantiam crea-
tam entitative supernaturalem non admitti-
mus, hæc namque absque contradictione exco-
gitari non potest; parilique pacto repugnat sub-
stantia aliqua creata, cui sit connaturalis beati-
fica visio.

SECUNDUM ASSERTUM.



UAMVIS intellectus
creatus lumine natu-
rali evidenter possi-
bilitatem negativam
visionis beatificæ co-
gnoscere, & pene-
trare valeat, attamen
possibilitas ab-
soluta, positivaque

ipsius visionis vndeque, viribus naturæ ne-
quaquam ab ipso demonstrativè cognosci po-
test. Cum Dei clara visio totam exuperet ratio-
nalis creaturæ exigentiam, vi huius excessus, na-
turalis innatus appetitus ad Deum intuitivè vi-
dendum omnino manet ab ipsa exclusus, sicut
appetitus naturalis elicitus, tam efficax, quàm
inefficax ex supernaturali motivo ad claram
Dei visionem; secus vero appetitus supernatu-
ralis viribus elicitus gratiæ; hic autem non so-
lùm de possibili, sed de facto in huiusmodi exi-
stet natura.

TER-

TERTIUM ASSERTUM.



POTENTIA igitur intellectiva ad Deum intuitivè videndum elevari potest, est enim Deus in se ipso ab intellectu creato visibilis, hoc namque non solum de possibili intelligere debes; de facto enim omnes illæ animæ, spiritusvè æterna gaudentes felicitate, clarè, & intuitivè divinam vident essentiam, idque divina docet fides. Deus de facto intellectui non vnitur creato per modum luminis, vt beatificè possit divinam percipere essentiam, non existente divinæ visionis actu ab utroque distincto, & sine creato lumine intellectui superaddito, immo considerato Dei absoluto posse, repugnat intellectum divinum, sicut & quodlibet aliud Dei prædicatum per modum luminis, aut virtutis ex parte potentiæ intellectui vniri creato, vt ipsum clare cognoscere possit.

QUAR-

QUARTUM ASSERTUM.



T intellectus creatus intuitivè Deum percipiat, lumine essentialiter indiget gloriæ, ipsum elevante, in ipsoque Physicè inhærente. Hinc reiecta illorum asserentium manet opinio,

lumen gloriæ divinitus suppleri posse per omnipotentiam extrinsecè assistentem, aut per aliud extrinsecum auxilium; hoc autem ut impossibile reputamus, sicut potentiam intellectivam, habitumque luminis, tanquam virtutes propriè partiales ad visionem Deificam concurrere; totam igitur virtutem proximam agendi claram Dei visionem lumini tribuimus gloriæ: ex quo non inferas, intellectum ratione sui immediate non influere in ipsam Dei intuitivam visionem, quantum ad rationem genericam, & univocam intellectiois, in hanc intellectū ratione sui immediate influere firmiter propugnamus.

QUIN-

QUINTUM ASSERTUM.



NON aliter intellectus lumine illustratus gloriæ, nisi mediâ-
te essentia Divina ipsi per modû speci-
ciei impressæ uni-
ta, valet beatam Dei visionem eli-
cere: nam species creata Deum quid-
ditativè, & prout est in se repræsentiâs, ac proin-
de, illa media, Deum quidditativè videri, repug-
nat. Unde consequenter asserimus, Beatos in cla-
ra Dei visione Verbum non producere, nec vl-
lam expressam speciem, idque impossibile iu-
dicamus circa expressam creatam speciem. Ex
videntibus Deum per essentiam, alius alio per-
fectius videt, datur quidem excessus in perfe-
ctione visionis eliciendæ, quæ quidē inæqualitas
excessusvè ex inæqualitate luminis proximè,
remote vero ex inæqualitate charitatis, seu me-
ritorum in via, provenit.

SEX-

SEXTUM ASSERTUM.



UM clara, & intuitiva Dei cognitio præcisiua non sit, omnia, quæ formaliter in Deo sunt, de facto in ipso clara Beati percipiunt luce; nec attenta Dei absoluta potentia, essentia potest di-

vina videri, atributis, & personis non visis, sicut nec vnum atributum sine alio, nec vna sine alia persona. Licet Beatus videat in verbo, siue in Deo, vt in causa prius cognita, plures creaturas possibiles, & futuras vi revelationis in Verbo, & maioris ipsius extensionis visionis, non tamen videt, nec videre potest omnia possibilia, sed plura, vel pauciora, iuxta modum magis, vel minus perspicacem.

Q. P. R. 4. ASSERTUM.

Pro Comitibus Provincialibus in Segouienſi S. Mariæ de Viſtoria celebrandis, aderit propugnaturus P. Fr. Bonifatius Grandibal. ſub præſidio R. P. Fr. Petri Vidal, in Minimorum Salmantino Collegio Sac. Theologiæ Primarij Lectoris, & eiufdem Cœnobij Correctoris. Die 27. Septembris, An. 1707.



